

PRAXIS
 ET SOLLEMNIA
 COMMENTARIA SVPER
 QVATVOR LITTERIS
 ARBITRALIBVS.

Mirifico ordine, & deſuper omnibus delictis omnium iurium
 tam diuini Pontificij, & Cæſarei, atque huius regni citra fa-
 rum cenſuram fertiliter compræhendentia.

*A Magnifico viro Domino FABIO Monteleone V. I. D. Hyeraceni vna cum
 ſummarys, & indice neceſſarijs ſerè cunctis totius orbis magiſtratibus vtili-
 ſima, & neceſſaria nouiſſimè in lucem edita, Deo ſemper annuente, fe-
 liciter exordiuntur.*

Niſi lege tota proſpecta.

Cum Priuilegijs Illuſtriſſimi Senatus Veneti, & Regis Neapolis.



Num. . . 44.
Cap. . . 8.
Num. . . 22.




Ex officina Marci de Maria Salernitani Bibliopole Neapolitani.

VENETIIS. 1560.

COLL. SOC. IESV SALM. NO REGVM



D. FABII MONTEL. AVCTORIS.



AD DOMINVM FABIVM MONTEL.
CIVEM LOCRENS. V. I. D. PERITISSIMVM
BAPTISTA CAPITALIVS.

*Curavit, meritis pœnis delicta Robertus,
Puniri, atq; ideo iura seuera dedit.
Quæ latuere diu, cunctisq; ignota iacebant;
Iam pridem ut nullis vsibus apta forent.
Tu facis vt sancti seruentur dogmata Regis.
Vtq; bonis profint: ut noceantq; malis,
Esse igitur tanta, te dignum laude putandum est,
Ipse auctor quanta dignus habendus erat.*

EXCEL.

EXCELLENTIAE

ILLVSTRIS. ET EXCELLENTISSIMI

DOMINI CAROLI SPINELLO MERI-

TISS. SEMINARIAE PRIMI DVCIS.

FABIVS MONTELEONIS V. I. D. S. ET PERPE-

TVAM FELICITATEM NVNTIAT.



REBRÒ Excellentissime, & uerè Illu-
strissime domine Dux cum mecum ip-
se diligenter animo perpēderim, quam
sit uita nostra mortalis, fragilis, caduca,
& transitoria: & quam more fluentis
aquæ decurrat: quam etiā repentē nos
præcipitare soleat, quamve dies nostri
sicut umbra lunatica pretereant: & tan-
quam flos in arbore crescant. & statim
marcescant, quantòque citius ipsi decre-
scant: tantò atque ma-
gis, magisque ad mortem procedamus. semper (ni fallor) diu no-
ctuque nullis parcendo laboribus, neque uigilijs, continuis litte-
rarum studijs assiduam operam insudauim. Et ubi ab humanis ad
utriusque iuris censuræ immensum pelagus animum reuoluerim:
ne in sacris studijs tempus consumpsisse uidear: dum Romæ mo-
ram trahebam scholastico differendi genere tractatum modicum
de privilegijs senectutis in publicum ædidi. à cuius quidem publi-
cationis die in antea ad hoc in scribendo, (Deo annuente) non mo-
do bonum principium, sed melius medium & mox optimum finē
consequi ualeam: continuò aliquid in sacris huius regni palatijs
uersatile, ab alijs non dum elaboratum: neque luci debitæ traditū,
a tenebris ad lucem ædere summo studio inuigilauim. Quo uehe-
menti desiderio impulsus, ubi arbitralium litterarum censura a qui-
buscunque scriptoribus tam prisca, quam recentioribus quos ip-
se uidi: penitus intacta, & tenebrosa, fertilissimo, atque commen-
to digna: se obuiam fecit. In qua enucleanda, explananda, & or-
nanda. cum per lustrum elaborauerim: tractatumque unicum de
litteris arbitralibus intitulatum, diuino præsidio adiutus, perfec-
rim: mille inopinata laquea quibus nostra misera uita rapi solet: in

ECCELLEN. DOMI.

Fabii Monteleonis .

LOCRENSIS,
PRAXIS ARBITRALIS.

Operis diuisio



Et decreuerim hanc perutilissimam quatuor litterarum arbitralium, & in sacris palatijs in dies ventilatam materiam in hoc codice pro viribus congregare, opere præteritum duxi diuisionis innumerabilibus utilitatibus prospectis in septem partes commodè refecare .

In prima erit videndum quid sit littera arbitralis .

In secunda erit inueniendum a quo talium litterarum facultas originem traxerit .

In tertia erit discutiendum ad quem numerum prædictæ litteræ ascendant : et quo nomine quælibet de se nuncupetur .

In quarta erit videndum de viribus primæ litteræ : et de spectantibus ad eius notitiam, & de singulis eius verbis .

In quinta de viribus secundæ litteræ : & de pertinentibus ad eius scientiam : & de omnium eius verborum doctrina .

In sexta de viribus tertiæ litteræ : & de necessarijs pro ipsius doctrina capescenda . Et de cunctorum eius uerborum expositione .

In septima, utique & vltima de viribus quartæ, & vltimæ litteræ, ac de quampluribus nodosis quæstionibus ratio habebitur . et huiusmodi peractis cum laude omnipotentis Dei, eiusq; gloriosissimæ matris, meæ semper colendæ aduocatæ dicendis vltima manus imponetur .

A SYMMA-

212

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

